

animalis, e. *adi.* **FORMA** animabilis? Cic Nat deor 2.91. animabili spirabilique natura. **cod.** **ETYM** anima. **DLAT** inanimalis, inanimalitas. [**FREQ** media **348**^{indicia} **26**^{/d.c.m.}] uocabulum scriptis litterariis argumentando maxime aptum, item multo minore numero exponendo narrando, quandoquidem dramaticis, apparet, largissime uero a Christianis scriptoribus frequentatum; usibus praecipue mediis, necnon doctis; largiter prosa, paulisper uersu inuenitur; omnibus temporibus, at in fine Antiquitatis maxime usitatum; et scriptis technicis quandoquidem apparet, praecipue ad architecturam pertinentibus.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	exponendo	3	1
	narrando	6	1,1
	argumentalis	339	68
	dramatica	1	2,2
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	18	6,4
	I-II ec.	15	4
	III-V ec.	314	48
DIAPHASICA	media	342	30
	docta	6	2,8
DIASTRATICA	litteraria	343	30
	technica	5	1,9
MODUS	prosa	343	28
	uersu	5	2,8

¶ **a** (*ab animal*) *ad animal pertinens* • *del animal* [**REL** animal^a] **220-130** PACUV Trag 3. Euiscerata inanima cum animali sono. **70** LUCR 2.727. animalia ... corpora. 1.227. animale genus generatim in lumina uitae reducit Venus. **20** MANIL 2.66. cum spiritus unus ... corpus ... animale figuret. **197** TERT Carn 12.7. nihil animale sine sensu. **330** ARNOB 7.3.5. animalis est hostia et ab canibus abligurritur sanguis. **350** SOL 53.60. lychnites ... si quando insignita est, dum signa exprimit, quasi quodam animali morsu pertinet ceræ retentat.

b (*ab anima*^{a1,a3}) *uitam habens uel afferens* • *vivo, vital o dotado de vida; pero también vivificante* [**REL** ^aanimatus^{1a} **SIM** ^aanimans¹] **85** CIC Inu 2.3. ex istis uirginibus formosissimas ... pingo ... ut mutum in simulacrum ex animali exemplo ueritas transferatur. **45-44** CIC Nat deor 1.32. Speusippus ... uim quandam dicit, qua omnia regantur, eamque animalem. **30-22** VITR 8.praef.2. Caloris uero si non fuerit in corpore iusta comparatio, non erit spiritus animalis. **79** PLIN Nat 8.166. Constat in Lusitania ... equas faunio flante obuersas animalem concipere spiritum, idque partum fieri. **125** APUL Plat 1.11. Hoc astrorum ignes sphaeris adfixos perpetuis atque indefessis cursibus labi, et hoc animalis deos dicit esse. **330** ARNOB 1.29.2. non quod incedimus, quod spiramus et uiuimus, ab eo ad nos uenit uique ipsa uiuendi efficit nos esse et animali agitatione motari? **419** AUG Quaest hept 3.74. An quemadmodum transferuntur uerba modo locutionis ... ab animali ad inanimale, sicut dicitur improbus uentus, uel iratum mare.

MED *ad uenam quae sanguinem a corde in artus afferebat pertinuit* • *se aplicó a las arterias* **47** SCRIB LARG 84. uenam in brachio, quae est animalis. ⚕ Come è noto (cf. anche André, Anatomie, 126–129), uena designa indistintamente ‘vene’ e ‘arterie’: è possibile precisarne il significato solo dal contesto. Qui designa l’‘arteria umorale’ (si riteneva che fosse proprio questa vena a trasportare lo ‘spirito vitale’ attraverso il corpo) (SERGIO SCONOCCHIA [2020]: *Scribonii Largi compositiones*, *Corpus medicorum Latinorum* II 1, pag. 402).

animalis deus. *subs. m.* *is deus qui ab homine animante prouenit, ut sunt dii Penates et Viales* • *dios que antes fuera un ser provisto de anima o humano, como son los Penates o los dioses que presiden los caminos* 📖 SERV AEN 3.168. Labeo ... ait esse quaedam sacra quibus animae humanae uertantur in deos, qui appellantur animales quod de animis fiant. Hi autem sunt dii Penates et Viales.

animalis hostia. *subs. f.* *hostia quae tantum in sacrificio uitam offerebat, caro sacerdotibus data erat* • *víctima de sacrificio cuya ofrenda era la propia vida, siendo su carne entregada a los sacerdotes* **384-440** MACR Sat 3.51. Trebatius docet hostiarum genera esse duo, unus in quo uoluntas dei per exta disquiritur, alterum in quo sola anima deo sacrat, unde etiam haruspices animales has hostias uocant. 📖 SERV AEN 3.231. animales hostiae, quae tantum immolantur, et caro sacerdotibus proficit. **GLOSS** 5.47.18. animalibus hostiis quarum animae diis sacrificantur.

c1 (*ab anima*^{a2}) *ad aerem elementum naturale et contra focum comprehensum pertinens* • *relacionado con el aire como elemento primordial y opuesto al fuego* **45-44** CIC Nat deor 3.34. simplex est natura animantis, ut uel terrena sit uel ignea uel animalis uel umida. 2.91. terra ... circumfusa undique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est aer. **125** APUL Socr 3. Quos deos Plato existimat naturas incorporalis, animalis.

c2 (*ab anima*^d) *ad spiramentum uel halitum pertinens* • *propio de la respiración* **45-44** CIC Nat deor 2.136. pulmones in respiratu dilatantur, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. **30-22** VITR 8.6.12. puteorum et ibi homines offendunt fodientes, ut naturali uaporis obturant eorum naribus spiritus animales; ita ... ibi interimuntur.

d (*ab anima*^{b3}) CHRIS uocabuli usus perplexus, duobus animae usibus consideratis; quorum unus ad animam ut diuinam partem homini carnali insertam, alter ad animam ut uegetabile hominis principium comprehensum pertinuit • *la utilización de animalis es confusa, pues mezcla dos usos de anima; uno, el referido al alma, y por tanto relacionado con dios; el otro, relacionado con el soplo vital, que corresponde a la creación del ser humano como terrenal* 📖 **GLOSS** 2.481.28. ψυχικός. 2.297.7. ἔμψυχος.

quare interdum carnali opponitur, anima cum carne tamen hominem struit; immo de Christo ambigebatur an carnale corpus habuisset • *por ello a veces se opone a carnalis, aunque el alma con la carne forma la persona; ello provocó un problema respecto a la encarnación del Cristo* [DOM carnalis, corporalis] **197** TERT Carn 10.1. alii qui carnem Christi animalem adfirmant, quod anima caro sit facta. 11.1. cur animalem carnem subeundo Christus animam carnalem uideatur habuisse. **208-212** TERT Resurr 32.6. Si corporalia ..., ergo et animalia. **398** AUG Serm 71.30. dicuntur et homines, et carnales, et animales, non ualentes percipere quae sunt Spiritus Dei.

PATR *ad animam pertinuit quam, cupidinibus obnoxiam, aliqui femininum elementum considerabant, immo uiro obtemperare debens* • *se aplicó al alma que, sujeta a las pasiones, algunos consideraban un elemento femenino que incluso debería obedecer al varón* **391-392** AUG De duab anim 2.18.4. ostenditur non posse nos a diabolo tentari, nisi per illam animalem partem, quae quasi mulieris imaginem uel exemplum in uno ipso homine ostendit. 2.21.4. animalis illa pars nostra, quae tamquam uiro debet obtemperare rationi. 2.11.6. in seipso aliud esse rationale quod regit, aliud animale quod regitur.

et ad animal pertinuit, i. e. terrenum contra diuinum comprehensum • *también se refirió al animal, y por tanto terrenal opuesta a celestial* **200** VET LAT Iac 3.15. non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica.

hinc corpus animale, i. e. corpus anima praeditum, contra corpus spiritale, i. e. homo a religione concinnatus • *de donde corpus animale es el cuerpo dotado de alma, frente a corpus spiritale, la persona ya transformada por la religión* [DOM carnalis, spiritalis] **207** TERT Adu Marc 5.10.6. habet aliquod proprium corpus anima uel spiritus, ut possit uideri corpus animale animam significare et corpus spiritale spiritum. **393-416** AUG Gen ad litt 6.36. corpus animale, utique mortale. 6.39. Adam, si spiritalis erat mente, quamuis animalis esset corpore.

ea perplexim tractabantur, anima etiam dei halitum, quo ipse uitam homini e limo formato infuderat, significante; immo qualiacumque terris fiebant animalia considerabantur, ipso Christo comprehenso • *y esto de manera bastante confusa, pues anima designó también el aliento de dios que dio vida al barro; y por tanto todo animalis calificaba todo lo que se desarrolla en la Tierra, incluido el propio Jesucristo* [DOM terrenus] **208-212** TERT Adu Val 25.2. animalem uero quem mox a Demiurgo induit Christum, ceterum corporalem ex animali substantia. 26.2. animalis et carneus Christum. **400** AUG C Faust 24.2. terreni, id est, animalis corporis.

id quod a deo proueniebat spiritale nominatum fuit, at id quod ad terram pertinebat animale fuit; quare corpus spirituale fiendum erat, res diuinas certe captum • *lo que viene del mundo diuino fue calificado de spiritalis, lo que corresponde al mundo terreno fue animalis; este último estaba llamado a convertirse en espiritual, y entonces comprendería las cosas diuinas* [DOM corpus, seminare] **208-212** TERT Resurr 53.4. ea erit et corpus animale cum seminatur, et spiritale cum suscitatur. **339-419** AUG Tri 1.18. Animalis enim homo non percipit quae sunt Spiritus Dei. **391-392** AUG De duab anim 2.10. animalem hominem prius agimus omnes, qui de illo post peccatum nati sumus, donec assequamur spiritalem Adam.

apud Valentinianos haereticos diuinus orbis, cuius habitator quidam Acamoth erat, spiritalis nominabatur; at demiurgi opus, qui orbem terrenum struxerat, animale fuit; et qui terrenum orbem habitabant interdum census animalis nominati fuerunt • *entre los valentinianos, esta distinción se establece entre el mundo superior, uno de cuyos seres es Acamoth, calificado de spiritalis, frente a la acción del demiurgo encargado de construir el mundo terreno, que por tanto es animalis; este último grupo es llamado a veces census animalis* [DOM census] **208-212** TERT Adu Val 26.2. spiritali substantiae Achamothiana, animali Demiurgina. 25.3. census ... animalem a Demiurgo. 29.3. ut quos Achamoth de superioribus in animas bonas depluat, id est animali censui inscriptas.

inter Valentinianos mundus trifariam diuisus est ut hae qualitates in hominum diebus repraesentarentur, cum terrenus mundus uel choicus ad Cain pertineret, Abel deo confidens animalis fuit, Seth uero constitit spiritalis • *algunos de ellos establecieron una estructura tripartita en cuanto a la representación de estas cualidades en el mundo contemporáneo, de manera que el mundo apegado a la tierra (choicus) correspondía a Caín; el ser que ya creía en dios (animalis) fue Abel; y el que ya había sido convertido en ser espiritual (spiritalis) fue Seth* [DOM choicus, spiritalis] **208-212** TERT Adu Val 29.2. choicum, saluti degeneratum, ad Cain redigunt; animale, mediae spei deliberatum, ad Abel componunt; spiritale, certae saluti praeiudicatum, in Seth recondunt. **393-416** AUG Gen ad litt 12.70. Quosdam tertium coelum sic exposuisse ut corporalis et animalis et spiritalis hominis differentias accipi uellent.

quae similitudo etiam ad geographiam pertinuit • *representación que se intentó incluso con referentes geográficos* **410-415** HIER In Ezech 5.16.60. spiritualem referunt ad Ierusalem; animalem, ad Samariam; terrenam, ad Sodomam.